

bis resistit eos deprimendo. ita humili
 libo dat grām magnis virtutibus attollē
 do. Tercius humilitatis gradus est quā
 etiā in magnis virtutibus et bonis ac ho
 noribus homo nihil extollit. nihil sibi
 ex hoc blandit sed totū illi attribuens
 et integrū restituens. a quo fuit oē bo
 num. talis fuit beate virginis humilitas.
 quā cū se electam sciret ut mater dei fie
 ret. ancillā eius se hūilem recognouit
 dicens. Respexit hūilitatē ancille sue
 Talis est hūilitas angelorum et sanctorum in
 gloria. qui cū sint pleni summo bono
 et summo honore sublimati nullū mor
 tum de hoc habent supbie sed sunt in se
 humiliores quo altiores in deo. ppter
 rea hęc est humilitas perfectorum. quā quā
 to maiores sunt tanto magis se humili
 lient in omnibus in sensu in affectu in verbo
 in actione in habitu. si enim humiliat et
 despicit se quasi nō habet vñ glorię.
 sed multa habet unde fundat licet bo
 na sit humilitas ista. sed tñ non est hu
 militas hęc miranda. Itē si pauperem
 se reputet pauper. et ab alijs vult pau
 per agnosci veritati consentit in istis sed
 non in admiratione talis hūilitas. Si
 vero diues pauperibus se conformet et altus
 nihil altū sapit et gloriosus nihil sibi
 de gloria attribuit Sed totū refundit
 in eū a quo hęc unde gloriosus videtur
 hic est humilis non cogēte necessitate
 sed veritatis caritate. Quā beatus bern.
 Non est magnū eē humilē in abiectio
 ne. magna p̄sus et rara virtus est hu
 militas honorata. hęc bern. **P**ro
 bandum etiā quod vera humilitas s̄m di
 ctū beati greg. est qua quis de se pra
 ua estimat et bona alterius sine invidia
 et liuore commendat. hęc greg. Hanc igitur
 nobilissimā virtutē et multū necessa
 riam ac fructuosam oī volenti perficere
 debet quilibet religiosus valde dilige
 re et se in illa cū summo studio exercet

re. quā ipsa humilitas est regina virtutis
 sancti spūs receptaculū et sancte trini
 tatis hospitium. De cuius commendatione
 beatus bern. sic dicit. Humilitas est regina
 virtutis. mors vitiorum nutrit disciplina
 ne. radix sciē. religionis vigor. virginis
 nitatis decor. spūs sancti receptaculus
 trinitatis hospitium. hęc bern. Sed et
 hoc notandū quod sancti viri quanto ma
 gis proficiunt in virtutibus tanto minus
 se putant proficisse. quod gratia vicina so
 let in eis ad p̄servandā humilitatem
 operari. unde beatus greg. Sancti viri
 quo altius virtutum dignitate proficiunt
 eo subtilius indignos eē deprehendunt
 Dicit etiā beatus bern. Nimirum solet
 pietas p̄servande humilitatis gratia
 ordinare. ut quanto plus quis profici
 at. tanto minus se reputat proficisse. hęc
 bern. Quāntūcumq; eriaz quis in virtu
 tibus proficiat semper se debet humiliare
 et se peccatorem recognoscere. ne
 gratiā et virtutes a deo acceptas perdat.
 Unde beatus aug. Quicūq; hic vinit
 quantūlibet iuste vinit et illi si cū illo
 intraverit in iudiciū deus. noli ergo
 iudicio pretendere. da operā esse iustus
 et quantūcumq; fueris iustus confitere
 te peccatorem semper. spera m̄tam. hęc au
 gusti. Sic igitur patet de virtute humi
 litatis.

Filius

Habita in formatione de humilitate. nunc que virtus sequat virtutem humilitatis de hoc cupio edoceri.

Ca. VI. Pater.

Debes scire quod de humilitate nascitur virtus patientie. hęc enim ordinat nos ad frustrationem summe pacis. nihil namque pati molestie est pacem habere. quod fit duobus modis. scilicet aut nullam

molestiam sentiendo. qd̄ erit tñ in pa-
tria. aut molestias non moleste ferent
do. qd̄ est magnanimoz etiaz in via. ⁊
hec est patientia. Magnanimus est em̄
qui ad vniuersa sustinenda patiens est.
qz nihil passionibz perturbat. Patien-
tia aut̄ respectu eterne glorie volũtaria
⁊ insuperabilis perpassio laborz. De q̄
dicit tullius Patia est virtus p̄tume-
liar ⁊ omnis aduersitatis imperus eq̄
nimit̄ portans. Patientia etiaz fm̄
greg. est aliena mala equanimiter ppe-
ti. contra eum quoqz qui mala irrogat
nullo dolore morderi. **R** Et notã
dum qz patientia alia est necessitatis. a/
lia simulationis. alia virtutis. Simu-
lationis est qñ aut p̄ humana laude a/
liquis in aduersis se patientē ostēdit.
aut cū interim dissimulat iniuriã quã
patit̄ vt in aliud tpus oportunũ diffe-
rat vltionem. Unde greg. Qui mala
primi ita tolerat vt tñ intrinsecus do-
leat ⁊ tps tribulationis exquirat. pati-
entiã non exhibet sed ondit. Patien-
tia necessitatis est cū aliquis ido in ad-
uersis vlcisci se non p̄sumit. qz non
potest vel non audet. timens ex hoc ma-
ius sibi imminere periculũ vel p̄modũ
deperire. vt serui a dominis verberati.
vel paupes a diuitibz obiurgati. p̄tia
vitiōsa est ⁊ meref supplicium. secũda
causa vt euadat t̄pale dispendium. ter-
tia virtuosa ⁊ meref grãm in presenti
⁊ gloriam in futuro. **N**otandũ vero
est qz sunt nonnulli qui quidẽ diuersis
virtutibz sunt adoznati. ad virtutes tñ
patientie minus ydonei. nã plures vi-
demus castos. abstinentes. pauperes
seip̄s humiliantes. elemosinas faci-
entes. orationibz instantes. fide p̄stã-
tes. sed paucos admodũ in p̄tume-
liar ⁊ detractionibz ac respectu hūmi-
liter patientes. Tñ qualis quisqz ē in
moribz per tribulatōes ⁊ iniurias ma-

nifestatur. De quo per beatum august.
d̄. Per facile est vesiem p̄emptaz ha-
bere. inclinato capite incedere. velum
super oculos mittere. sed v̄p̄ humiles
patia ostendunt iniurie. Dicit etiã be-
atus grego. Sicut vnguenta redolere
larius nesciūt nisi p̄mota. ita sancti vi-
ri omne qd̄ de virtutibz redolent in tri-
bulationibz innotescunt. Et sicut gra-
num sinapis nisi p̄terat nequa q̄ vis
rutis eius agnoscat. sic vnusquisqz vir
sanctus cum non pulsaf tribulatione
lemis aspiciat. si qua vero illum tritura
p̄secutionis opprimat. mox qualis sit
ostentat. Nam donũ qd̄ in tranquillĩ-
tate a dño percipit̄ in tribulationibz
manifestat. Cum igit̄ virtutũ manda-
ta perficeret. vnũ ei decrat. vt etiaz fla-
gellatus gratias referre sciret. **N**otũ
erat quia seruire deo inter dona noue-
rat. sed dignum fuit vt discretõe seue-
ritatis inquireret. v̄p̄ deuotus deo in-
ter flagella p̄maneret. pena quippe in-
terrogat si quietus quis d̄aciter amet
Hec gregorius. **S** Sed multuz
dolendum est qz modernis temporibz
non solum seculares. verum etiam re-
ligiosi pro modica causa rapiũtur ad
impatientiam. ⁊ interdum pro modi-
co cõuitio. vel etiam p̄pter signum vel
verbum ita derelinquunt caritatem vt
per plures dies nec loqui nec amicici-
am erga p̄imos velint habere. Unde
beatus augustinus. **N**imis dolendum
est qz cum apostoli nec horribilibz tor-
mentis poterant a caritate dei separa-
ri. nos interdũ ociosis fabulis. ⁊ sepe
ob parvissimũ p̄uitium. imo quãdoqz
per signũ ita derelinquimus caritatē.
vt non solum multis diebz. sed etiam
mensibz nec loqui nec amiciciam ha-
beamus. **H**ec augusti. **V**alde autem re-
prehensibile est in nonnullis religios
qui post seculi abrenunciãtionem ma-

gis impatientes existant in clauſtro. q̄ prius fuerunt in ſeculo. De quibus beatus bern. dolenter ſic ait. Video q̄ multū doleo poſt ſperā ſeculi pompā nōnullos magis addiſcere ac ſub aliſ mitiſ humiliſq̄ magiſtri grauius inſoleſcere. ⁊ impatientes amplius fieri in clauſtro. q̄ fuiſſent in ſeculo. q̄d q̄ magis puerſus eſt. pleriq̄ in domo dei non patiunt̄ haberi p̄tempri. qui in ſua domo non niſi p̄tempribiles eſſe poterūt. hxc bern. Qui igiſ in d̄tibus p̄ficere deſiderat ⁊ ad ſtatum p̄fectum puenire. ſtudeat in d̄tute patientie ſe exercere. naſ qui primoꝝ mala impatienter tolerat. ipe ſibi p̄ impatientiam teſtis eſt. q̄ a vita d̄tuoſa longe diſtat De quibus beatus grego. .xx. moral. ſic dicit. Nullus quippe perfectus eſt. qui inter primoꝝum mala patiens nō eſt. qui em̄ equanimiter aliena mala nō tolerat. ipe ſibi p̄ impatientiam teſtis eſt. q̄ ab omni plenitudine longe diſtat. Abel quippe eſſe tenuit quem Chayn malicia nō exercet Sic in tritura aree grana paleis p̄muntur. ſic flores inter ſpinas p̄deunt ⁊ roſa que redolet creſcit cū ſpina que pūgit. q̄ ſic iuſto peccator cum malicia iungit̄. Sic in fornace auro palea cū igne ſociat̄ ut quo ardet palea purget̄ aurum. Hi ergo veraciter h̄ omi ſunt. qui in bonitate perſiſtere inter malos poſſunt. hxc grego. Item. v. moral. de eodē d̄r. Ille vere perfectus eſt. qui erga p̄fectionem p̄ximi impatiens non eſt. nam qui alienam imp̄fectionē ferre non valens deſerit. ipe ſibi teſtis eſt q̄ p̄fecte nōdū p̄fecit. hinc veritas d̄r. In patientia veſtra poſſidebit̄ iſa aīas ⁊c. Quid eſt enim aīam poſſidere niſi p̄fecte in oībus viuere cum ceteris mentis motibus ex d̄tutis artes dominari. Qui igiſ patientiam tenet animam poſſidet. q̄ inde p̄tra oīa aduerſa

ſa fortis efficit̄ vnde ſibi ⁊ ſeiſm̄o in cēdo dominat̄ Ex quo ſe laudabiliter frangit. inſtractū ſe fortiter exercit̄ quia cū in ſuis ſe voluptatibus ſupat. ſeſe ad p̄traria inuictū parat nam illi veraciter recti ſunt. qui amore ſupne patiente ad cūcta p̄ſentis vite aduerſa p̄parantur. nam qui p̄ eternis bonis mala bic p̄peri metuunt recti veraciter nō ſunt. hxc grego. ⁊ Vera aut̄ patientia hxc eſt. ut illū amet quem tolerat ſi d̄o odit illum quē ſuſtinet non eſt virtus patientie. ſed velamen rancoris ⁊ eſt beato grego. qui d̄r. Patientia vera eſt que ⁊ ip̄m amat quē portat. naſ tolerare ⁊ odire non eſt virtus manſuetudinis ſed velamen furoris. hxc greg. Tu de mala que patimur niſi patienter ſuſferant̄ celefti mercede priuant̄ Unde origenes. Cuncta quidem mala. que homo aliquis paſſus fuerit in hac vita ſi ab ſe p̄fecta ferant̄ patientia. ⁊ celefti p̄mio ſunt p̄mitus aliena. hxc origenes. Beati ergo ſunt illi qui mala p̄ntis vite patienter ſuſtinent. q̄ rales celeftem gloriā poſſidebūt in futuro Unde d̄r hugo. Beatos illos credimus. qui mala quēnis p̄ferūt in impatientiam tū non p̄rumpunt. celeftis nā q̄ illos expectabit̄ gloria. in quibus nūc hxc vera inuenta fuerit patientia ⁊ p̄fecta. hxc hugo. ⁊ Et notādum q̄ ſi quis p̄fectam patientiam in aduerſis habere non valet. agat tamen quantum valet motus impatientie reſrenādo ⁊ mercede ac merito non priuabit̄. De hoc thomas de aquino ſic dicit. Quamuis flagella nō ſint omnino in poteſtate noſtra tamen quantum ad alios quid ſunt ut. ſ. patienter reſiſtat eis ⁊ ſic homo facit de neceſſitate virtutem. Unde ⁊ meritoria ⁊ ſatisfactoria eſſe poſſunt. hxc thomas X Debet̄ nō igiſ tribulatioē patienter ſuſtinere. q̄

ipse aduersitates et tribulationes cum
patienter sufferunt reddunt homines
membra christi et celestis regni faciunt heredes.
Unde petrus damiani. Cum homo
facit bona et mala tolerat. tunc se procul
dubio numerari intra membra christi con-
fidat. Quisquis enim recte uiuens fla-
gellis arretit. sicut christi nunc in utroque
vestigia sequitur. ita postmodum eius con-
sortio non priuetur. Dicit beatus augu-
stinus. Nequaquam ad regnum celorum pertinere se iu-
dicet qui hic in arca trituro non iudici-
tur tribulatione. nec membra christi se iudi-
cent qui caput suum spinis coronatus
in passionibus non sequuntur. Nullus est
seruus christi sine tribulatione est. si putas
te non habere persecutiones nondum cepi-
sti esse christianus. hxc aug. Quod autem om-
nipotens deus hereditatem celestis pa-
tri tribulationem in presentia sustinens
tribus dare disposuit. de hoc beatus gre-
gorius. Nisi correctis deus hereditatem da-
re disponeret. erudire eos per molestiam
non curaret. electorum namque est hic
perire ad premia debeant eterne heredi-
tatis erudiri. nostrum est hic flagella pro-
cipere quibus seruatur de eternitate gaude-
re. hxc gregorius. Quis qui desiderat non ex-
cludi ab hereditate et consortio filiorum dei
flagella et tribulationes a se non abiciat
aut repellat sed patienter sustineat. Ad
quod faciendum hortatur beatus augustinus. sic
dicens. Fili si ploras sub patre plora
nam unde plangis medicina est non
pena. castigatio non damnatio. Noli
repellere flagellum. si non vis repelli ab
hereditate. noli attendere quam penam
habeas in flagello sed quem locum in te-
ramento. nunquid sunt felices qui ad-
uersis non tanguntur. imo infelicissimi
sunt quibus permittitur hic omnia per sua
niter uiuere et omnia desideria sua proli-
bitu suo implere. sed aduersitate non
tanguntur. quod tali modo ut arida ligna ad-

ignem nutriunt. Contra sunt felices
simi qui a suis desideriis arcentur et mul-
tis asperitatibus exercentur. quod modo ad
regnum ut filii flagellis erudiuntur. Unde
dicit. Flagellat deus omnem filium quem reci-
pit. Si igitur exceptus es a passione fla-
gello. exceptus es a numero filiorum.
Quid ergo mireris si flagellat paruulos
dominus quos grades querit heredes
unde non timeas flagellari. sed exerce-
ditari. hxc aug. Et notandum quod diuer-
sa sunt genera passionum et tribulationum
Unde dominus dicit. Qui uult uenire
post me abneget semetipsum. Quod di-
uersimode accipi potest. nam promptum ani-
mum habere patiendi mortem pro christo. et
mortificatio uiciorum et patientiam habere
in aduersis sustinendis est tollere cruce-
m suam et sequi ipsum. Quod testatur beatus
basilius sic dicens. Appetitus mor-
tis tolerande pro christo et mortificatio
membro-
rum que sunt super terram et uirili-
ter disponi ad omne periculum sustinen-
dum pro christo hoc est tollere crucem suam
quam quod cotidie tollere et ea sumpta
dominum sequi iubemur qui crucem propria ba-
iulauit. hxc basilius. **A** Est etiam
secundum gregorium triplex martirium sine
sanguine. scilicet patientia in aduersis.
Unde dicit. Sine ferro martires
esse possumus si patientiam in anima ue-
raciter custodimus. Item compassio
afflictorum. unde dicit. Qui dolores
exhibet in aliena afflictione et necessi-
tate crucem portat in mente. Item di-
lectio inimicorum. Unde dicit. Ferre
contumelias et odientem se diligere mar-
tirium est in occulta cogitatione. Hec
gregorius. Si igitur tormenta que san-
cti martires pertulerunt pati non possu-
mus. saltem persecutionem pro iusticia pa-
riamur. uicijque ac percussentis uirili-
ter resistamus. in premio martirij non
priuabimur. Unde beatus augustinus

Martir quippe testis interpretatur. quicumque vero pro veritate testimonium dederit et omnes causas cum iusticia iudicauerit quicquid pro testimonio veritatis vel iusticie prulerit totum ei dominus pro martirio deputabit. habet enim pax martires suos. nam iracundiam mitigare libidinem fugere. iusticiam custodire auaritiā premere. superbiam humilicare. pars magna martiri est. Dicit etiam de hoc maximus. Si tormenta que sancti martires prulerunt sustinere non possumus. saltem contra malas concupiscentias pugnemus et quod non desunt quotidiana peccata non desint etiam quotidiana remedia. hęc maximus. Possumus ergo ex predictis colligere quod patientiā in aduersis exhibere viriliter. et vitis resistere est magnā partem martiri possidere. nam genera crucis ac martiri sunt diuersa quod abstinere a delectamentis carnalibus videlicet gula luxuria et a ceteris voluptatibus carnis. Item resistere ire supbie auaricie et alijs vitis spiritualibus et cum illis conflictu in repugnando habere gloriosa crux est in conspectu dei Testatur hoc beatus augustinus in quodam sermone sic dicens. Due sunt abstinentie et crucis genera. Unum corporale aliud spirituale vnum est a potu atque epulis et a peritum gule. et a delectationibus ac mollissimis suauitatibus cohercere ab his que tactu gustu vsuque decipiunt sensum viriliter abstrahere. Alterū abstinentie et crucis genus est preciosius atque sublimius motus animi regere et probationes illius modesta tranquillitate placere. ire et supbie imperus quasi feram bestiam refrenare litigare quotidie contra vitia. et iram quodammodo cum homine interiore deferere. preciosa hęc est in conspectu dei et gloriosa crux cogitationes malas in parte redigere. et

luntates proprias abnegare. easque interiori examinatione discutere et regentis imperio subiugare a sermone atque opere. quo anima ledit tanquam a cibis non est abstinere. Item beatus gregorius. Sed quamur karissimi districtam et asperam redemptoris viam. despicimus contra presentia. nulla etiam sunt que transire possunt. turpe sit nobis diligere. quod stat citius perire. non nostrerentur rerum amor super. non supbia inlece. non ira dilamiet. non luxuria polluat. non inuidia consumat. amore enim nostro redemptor noster occubuit et nos amore eius discamus vicere nosmetipsos quod si perfecte agimus non solum imminentes penas euadimus sed etiam gloria cum martiribus remunerabimur nam quod vis occasio persecutionis desit habet tamen et pax nostra martiri suum quod et si carnis colla ferro non subdimus. spiritali tamen gladio carnalia desideria in mentem terrucidamus. hęc gregorius. Unde qui non possumus pro christi nomine mortem carnis subire ac sanguinem fundere. quotidiana tamen afflictione videlicet in ieiunijs vigilijs et in ceteris castigationibus ac vitiorum diuersorum repugnatione ac tribulationum ac aduersitatum perpassione studeamus nos exercere ut crucem possimus etiam in pace ecclesie possidisse sustinere. De hoc per beatum bernardum sic dicitur. Est martiri genus et effusio sanguinis in quotidiana corporis afflictione sic quippe infirmis et pusillis corde necesse est. ut quem semel non sufficit ponere mitiori sed diuturniori martirio sanguinem fundant. quod quanto minus habent de acura passione tanto plus habent de continuatione et sic longitudo reparat amaritudo Dicit etiam de hoc petrus damiani. Qui pro defensione fidei mori non possumus. saltem in sancta peruersatione peritum viuere studeat

Liber . II. **Dist. II.** **Ca. VI.**

mus. pudeat nos sub ignauietate
languescere qui martires cernimus p
tormenta ad celū peruenire. Et quidē
nobis minor est labor. cum tñ omne
fir premiū. Quis em̄ nesciat incompa
biliter esse difficilior gladio ceruices
subdere. q̄ gule illecebram cohibere.
quis nō mallet estuare laboribz vel nu
ditate frigescere q̄ flammaz furentiū
incendia sustinere. quis nō leuius sen
tiat esurire sitire. q̄ radi vngulis vel be
stiaz morsibz tradi. an non periculosi
us est semetipm̄ morti vltro neū trade
re. q̄ voluptates pprias et carnis desid
ria refrenare. Cū itaq̄ minus laborā
do ad eandem beatitudinē tendimus
cur decerrantes in stadio imitari negl
igimus vt p̄sortes in patriavictoribz
existere valeamus. Pugnemus igitur
frates et infestantiū nos vicioz illece
bras amputare curemus. nō ei iuxta
pauli vocē possumus hic gaudere cum
seculo. et illic regnare cum xp̄o. Et qui
tem beatos martires cū membris dya
boli dimicare cognoscimus. nos aut
ipso iniquoz capite infederabilis pu
gne luctamen habemus. illi vicerūt eū
p̄ membra sua minaciter seuientes. nos
supare precipimur sub insidiarū frau
dibz latitante. Quisquis igitur amat
martiriū exhibeat se martirio dignū.
et martiriū p̄culdubio p̄sequet premiū
Non p̄t quis sanguinē fundere potest
seipm̄ p̄nie telo percutere et in cordis
cōtione mactare. Studeamus igit
huius seculi blandimenta despiciere.
re et tempaliū affluentia deuitare. car
nis incontinentia reprimere. crucē post cri
stū etiam in pace ecciastica baiulare.
quaremus qui nunc sanctorū sequimur
viram cū ipsis postmodū desiderabilē
perducamur ad gloriā. hxc petrus da
miani **B** Morandū etiā q̄ multū
valet ad sustinendas diuersas passio

nes aduenientes et ad patientiam ha
bendam in aduersis recordatio passio
nis domini nostri Iesu christi. Unde
dicit beatus augustinus. Nihil dulci
us in pressura tribulationū q̄ memo
ria dominice passionis. Quantūcūq̄
presens vite premar a slictō parum
parimur. si recordes quantū bibit ad
patibulū qui nos inuitauit ad celum.
Dicit etiam beatus grego. Si passio
domini ad memoriā reuocet nihil adō
duz qd̄ non equo animo tolere. Et be
atus bernar. Habero xp̄m semper non
retro in humeris sed ante p̄e oculis.
et videntes angustias domini. leuius
vestras portabitis. nam sanat omnes
amaritudines mentis dulcis recorda
tio in cruce pendentis. hxc bernardus
Et diligenter p̄siderandū est q̄ si xp̄s
qui in hunc mundū sine peccato venit
tanta sustinuit. quanta nos miseri pa
ti debemus qui in hunc mundū cū pec
cato venimus. et multis criminibz in
uoluti sumus. De hoc dicit beatus gre
go. Si xp̄s hinc sine flagello non exi
uit qui sine peccato venit. quomodo fla
gellis digni non erunt qui huc cū pec
cato venerunt. hxc greg. **E** Unde
reprehensibile valde et iniustum est. q̄
p̄ amore nostri redēptoris nec detra
ctiones nec quicūq̄ aduersitatis volu
mus pati. cū ille qui cum sit deus tan
tas iniurias perpassus sit. p̄ nobis. quo
modo ergo illum amamus si. p̄ illo ni
hil sustinere valeamus. Unde br̄s ihe
ro. corripiendo et hortando sic dicit. Sa
tis est impiū si. p̄ dei nomine nec terra
hi pariaris qui p̄pter te tanta p̄passus
est. cur ergo graue sit. p̄ domino sustie
re omnia que aduenerint in hac vita si
ue damna siue derogatōes. suspirōes
detractiones vel cetera h̄mōi. quando
ille qui cum deus sit et dei filius. p̄ salu
te tua opprobria omnia et iniurias susti
t. j.

nuit. valde ab eo alienus est. qui nec
detracciones saltem sustinere pretentus
est. nā qūo amare eū dicimus si pro ip
so nihil sustinere parari sumus. q̄ si i
nobis est ip̄ius dilectio. quecumq̄ p
eius noīe q̄uis graua irrogēt exigua
censemus. ⁊ dicimus parua sunt ista.
que patimur. maiora ille p salute no
stra pressus est. nobis nihil dignū pro
eius noīe irrogat q̄ si sententia eius
memores sumus ⁊ intelligimus. ait
enī Non est discipulus supra magistr̄
Et patrem familias beelzebub vocaue
runt quāto magis domesticos eius Et
nos si domestici si discipuli xp̄i sumus
debemus obprobria ⁊ detracciones li
benter amplecti ⁊ equo aīmo oīa ferre
que pro nobis dominus ⁊ magister nō
ptulit. Qui vō hec sustinere non vult.
nec discipulū se approbat esse. nec ser
uum nec filiū nec domesticū. Nos et
go detrahentibz cūctis ⁊ vituperantibz
simus patientes humiles ⁊ pudici. ⁊
deum semp in mente habeamus. ⁊ lex
eius in nostro semp sit pectore. hec ihe
romimus **D** **O**portet igit si volu
mus conregnare cū xp̄o vt patiamur p
xp̄o. vñ d̄r apostolus petrus. Christus
passus est p nobis vobis derelinquēs
exemplū vt sequamini vestigia eius.
nam tribulatio pua p xp̄o pressa me
lior est magnope. qd̄ sit sine tribulati
one. hec testat ysaac abbas syrie sic di
cens Tribulatio parua p deo facta
melior est magnope. qd̄ sine tribulati
one pficit. qz spontanea tribulatio pba
tionē fidei ⁊ caritatis facit oriri. ⁊ iō
in tribulationibz probati sunt sancti
pro caritate xp̄i. s; non in refrigerijs.
qm̄ opus quod sit sine labore iusticia
est secularium psonarum. que extero
ribz faciunt elemosinam tu aut o passi
onis xp̄i sectator stude in temetip̄o. vt
dignus fias gustare gloriā eius. quod

si opatimur ⁊ pglorificamur. i. nō glo
rificat mens cū xp̄o ihesu nisi patiarur
corpus p xp̄o. hec d̄r ysaac abbas **E**
Nullus ḡ poterit regnū celoz ⁊ ad feli
citatē p̄ximū bonoz puenire nisi pro
lerantia tribulationum ⁊ passionum.
nec valet aliquis hic gaudere cū seculo
lo ⁊ postea regnare cū xp̄o. **D**e hoc d̄r
beatus ber̄n. In mundo isto quasi in sta
dio certaminis positi sumus. vbi xp̄s
mortuus est. Qui ḡ hic liuorem ⁊ pla
gas non suscepit. in futuro iudicio
miles ingloriosus apparebit. nullus
enī ad regnū celozum ⁊ ad illā abissi
oīm voluptatum puenire poterit. nisi
p amaritudinem passionū. neqz enī il
le qui de celozem ihesus xp̄s ad celum
redire voluit. nisi per viam amariss
me passionis. vñ d̄r luce vltimo. **N**ō
ne oportuit pati xp̄m ⁊ ita intrare in
gloriam suam. Et beatus iheronimus.
Si dominū xp̄m oportuit pati ⁊ ita in
trare in gloriam suam quam fiduciaz
habemus nos intrare sine labore. **E**
q̄ stulti sumus si volumus hic gaudere
cū seculo ⁊ postea regnare cū xp̄o. **D**o
minus nudus ingredit̄ seruus sup̄stui
tate onustus vestium auri ⁊ gemmarū.
intrabit ille ieiunus. ⁊ iste crapula. ⁊
luxuria plenus. ille in cruce p nobis
moriēs. iste in lecto delicato dormiēs
Hec iheronimus **E**t notandū
q̄ singularis est retribuerit patientia
passionis xp̄i. talia enī studet homo re
prehendere qualia ab ip̄o accepit. qui
dolores nostros portauit. Et hec est sin
gularis leticia sanctorum in tribulati
one patientium ⁊ gaudentiū. q̄ sic oc
casionem habent ⁊ oportunitatem alit
quo modo tribuēdi deo p illa magna
caritate qua p nobis animam posuit
saltem aliquid sustinendum. qz bonor
um nostroz nō indiget vt aliquid ei

bare te nostro possimus Cum ergo in iudicio veniens ostendet indicia passi omis sue omnibus magna erit confusio illis qui nihil pati pro christo voluerunt. et magna gloria illis qui pro christo multa et magna sustinuerunt. Signum etiam dilectionis specialis videtur cui dominus dat aduersa pati. ut quasi impriri ei dignetur partem oneris sui portandi. sicut ille symon cyrenensis crucem domini cum portauit. Solent enim socii in via cum lassant rogare eos quibus plus confidunt et quos specialius diligunt ut partem oneris sui pro se ad horam ferant ut hoc quasi indicium sit illis quod maiore de eorum dilectione habeant fiduciam qui bus onera sua imponunt portanda. Quod illis quibus quasi formidat imponere. ne forte nollent equo animo portare. Sic et dominus qui nobiscum omnibus diebus in via hac qua ambulamus lassatus usque ad mortem labore passionis querit quis nostrum velit ei pro pati et vnus tribulationum suarum quod adhuc in corpore suo mystico quod est ecclesia sustinet secum portare. quod hanc passionem quas caput in se pro nobis sustinuit in carne diuisit per omnia membra fidelium suorum. ut sicut oportebat christum pati. et ita intrare in gloriam suam. sic membra eius si capiti fideliter participant et glorificent. Sicut inquit socii passionum estis ait paulus. ita et resurrectionis eritis. qui enim pro passus pro christo plus fuerit. etiam ei pro plus pregnabit. **G** Etiam notandum quod omnipotens deus suos electos in hac vita flagellat. diuersas tribulationes eis immittendo. et hoc facit ut praesens aduersitates eorum peccata deleat ac sic vitam suam corrigant. et in virtutibus proficiant. De hoc dicit beatus hieronimus. Quicquid in hac vita humana fragilitas tollerat. hoc pius conditor quantum in bonitate sua est vel ad correctionem nostram

et nostre prauitatis. vel ad perfectum nostrum virtutis dispensat. Nunquid deus qui summe bonus est et summe nos diligit gaudet in perturbationibus nostris delectatur in tribulationibus. Absit hoc a clementia diuina. sed ideo vult ut flagellemur ut a peccatis purgemur. Dicit etiam beatus iheronimus. Quilibet iustus debet flagella domini patienter tolerare. quia aut ad purgationem aut ad probationem tolerat. **H** Et sciendum quod quanto quis altius in virtutibus profecerit. tanto maiores huius seculi aduersitates sustinebit. si autem patienter flagella et tribulationes presentis mundi tolerauerit. post hanc vitam in celestis patriae sublimatus regnabit. Unde beatus gregorius. Quanto enim quisquis altius profecerit. tanto in hoc mundo inuenit quod durius portet. quod cum a presenti seculo mentis nostre delectatio deficit. eiusdem seculi aduersitas crescit. Hinc est enim quod plerisque cernimus et bona agere. et tamen sub graui tribulationum fascibus desudare. terrena namque desideria fugiunt. et tamen flagellis durioribus fatigantur. sed cum patienter et humiliter flagella suscipiunt post flagella ad requiem sublimiter suscipiunt. Si quis ergo appetit plene vitia vincere studeat humiliter purgationis sue flagella tolerare ut tanto post ad iudicem mundiorum veniat. quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. hoc gregorius. Unde gaudere debent fideles in diuersis tribulationibus constituti. nam si quis iustus est pro aduersa probatur. si vero peccator est non solum a peccatis mundatur. sed etiam post hoc seculum remunerabit. Beatus augustinus. Gaudeat christianus in aduersis. quod aut probatur si iustus est. aut si peccator est emundatur. Contristetur sane quem corrigere flagella non possunt diuina. timeat iudicium futurum. qui praesens

iudicis prempserit remedium. gaudet
at peccator cum in isto seculo contristatur. ut
post hoc seculum cum christo remuneretur. hec
aug. **¶** Unde periculosum valde est
quod peccator in sordibus vitiorum existens
per adversa non flagellatur. nam anima cum
peccat a deo se dividit. et perseverando
in peccatis ab eo longe recedit. **¶** Sed
post peccatum prosperitas sequitur et nulla
disciplina aut tribulatio tunc talis anima
a deo repudiatur ideo deus hic parcit re
probis ut in eternum puniat. electos vero
suos hic ferit ut in eternum parcat et eter
nam patriam eis tribuat. **¶** Unde beatus
grego. Anima que peccat a deo se divi
dit quod si peccata contrinuerit a deo longe
recedit sed post peccatum prosperitas
sequitur et nulla disciplina increpatione
revocatur in divitione quare inter se et
deum fecit etiam libellum repudij acci
pit. ut iam velut aliena delicta faciat
mala que vult. **¶** Non necesse est ut pecca
tores quosque consideremus tanto ampli
us miseros quanto eos aspiciamus in
sua culpa sine flagello delictos. ideo
enim deus sic parcit hic ut eos in perpetuum
feriat. ideo autem quosdam hic ferit non
parcendo ut in eternum parcat. **¶**
Et notandum secundum dictum crisostomi quod
malus non potest in omnibus esse malus sed
habet aliqua bona neque bonus in omnibus
esse bonus sed habet aliqua peccata.
Quando ergo prosperitatem habet malus
pro illis paucis bonis retributiones
hic accipit. illic etiam plenius punietur.
Et iterum beatus est ille maxime qui post
nisi ut omnia experians delicta probatus
et purgatus hinc exeat. et in nullo ob
noxius. hec crisostomus. **¶** Unde electi ut eva
dere possint eterna supplicia et pervenire
ad plenam gloriam necesse est ut hic
flagellentur. quatenus purgati in futuro
iudicio inveniatur. **¶** De hoc dicit beatus
grego. vii. moral. Electus quisque ut est

terna supplicia evadat et ut ad plenam
gloriam ascendat debet hic assidue fla
gellis atteri quatenus in iudicio vale
at purgatus inveniri. ipso namque infir
mitatis nostre pondere deorsum ducti
mur. nisi mira in manu artificis presub
nientie flagella revelemur. **¶** Unde hic
dicit beatus homo. qui corripitur a domino. Pri
ma virtus est ne peccari debeant peccata sed
vitari. **¶** Secunda autem peccata corrigere
sed plerumque culpas non solum immi
nentes minime vitamus. verum etiam nec
commisissimas recognoscimus. et peccatis
mensuram altius tenebre scit. quanto
nec damnus sue cecitatis intelligit. **¶** Un
de fit plerumque divini muneris largita
te ut culpam pena subsequatur. et fla
gella oculos delinquentis aperiant. quos
inter vitia meritis securitas cecabat. cor
pens quippe animus percussione tangit.
ut excites quatenus qui statum sine recti
tudinis securus perdidit. afflictus asper
ret quo iacet. **¶** Hinc itaque ipsa asperitas
correctionis origo est luminis. **¶** Un
de paulus dicit. Omne quod arguitur a lumine
manifestatur. argumentum enim salutis
est vis doloris. **¶** Et dominus in apocalypsi.
Ego quos amo castigo et arguo. quod per
hoc quod peccator dolore correptionis per
mittitur quatenus ad beatitudinem. que sine
fine est. interventu doloris erudit. hec
grego. **¶** Et quanto duriora et graviora
quis in presenti pro christo tolerat. tanto
fervidiorem spem et certiore de percipi
endo futuro premio ac gaudio habebit.
Unde idem beatus gregorius. xi. moral.
de hoc sic dicit. Sancti viri quia
medullitus diligunt. in infimis dura
patiuntur sed in fine gaudio lumen inveni
unt. quod habere hoc spacio perire
tis vite contemnant. **¶** Unde bene dicitur. **¶** Et
quasi meridians fulgor confusetur tibi
ad vesperum. peccatoris autem lumen
in die est obscuritas in vespere. quod in

presenti vita felicitate atollatur. sed aduersitatis tenebris in fine deuorat. Iusto aut meridianus fulgor ad vesperum surgit. q2 quanta sibi claritas maneat cum iam occumbere ceperit agnoscat. Hinc namq3 scriptum est. Time tu bene erit in extremis. Et sciens q3 bonorum mens quo duriora p veritate tolerat. eo eternitatis premia certius sperat. Tanto namq3 spes solidior in deum surgit. quanto quisq3 p illo grauiora pertulerit. q2 nequaq3 retributio nis gaudium de eternitate colligit. qd non hic pia tribulatio seminat. Hinc per ps. d2. Qui seminant in lacrimis in exultatione merent. Hinc paulus ait Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Qui igitur nunc per tribulationem serit vt post gau dij fructus metat tanto maiori fiducia mentem roborat. quanto hanc fortior perire afflicto angustat. Un pau lus dicit. Bonum certamen certavi. qui enim pro mala transiit sine de fectu certauerat. de mansuris nimirum gaudis sine dubitate psumebat. hxc grego. Unde perfecti viri sicut fuerunt martires et similes omnia aduersa et a mara que eis occurrebant dulcia estia bant. quia per hxc ad eterna gaudia p uenire non deputabant. De talibus per beatum gregorium. vij. moral. sic dicitur. Mensi in deo forti intentione di rigi quicquid sibi in hac vita amarum fit dulce estimat. omne quod affligit re quem putat. Cumq3 eterne patrie qn ta sit dulcedo memozat. p eo pntis vi te amaritudines ardentem amat. Tra sse etiam per mortem appetit vt obrine re vitam plenius possit. funditus in in fimis extingui desiderat quouerius ad summa pscendat. hxc gregorius Debe mus ergo exemplo sanctorum patrum tri bulationes nobis aduenientes et flagel

la dei patienter sufferre. et non iudicia dei occulta super nos reprehendere vt possimus ab ipso misericordiam psequi et a nostra iniusticia liberari. Nam vt beatus hieronimus dicit. Qui tribulationem sibi p suis peccatis aduenisse estimat dei misericordiam ad amplius bene faciendum sibi puocat. Dicit etiam de hoc beatus gregorius. Quisquis pro flagella dei semetipsum defendere nititur. flagellantis iudicium euacuare conatur. nam qui p sua culpa ferui se denegat. quid aliud q3 iusticia accusat. Unde magna satisfactio percussio nis est voluntas iusta conditoris. que cum iniustum nihil facere solet iusta agnoscat. et si later. Nam cum p iniusticie peccato percutimur si in percussione nostra diuine voluntati p iungimur. mora nostra iniusticia ipsa p punctone liberamur. Et notandum q3 valde in felices sunt qui in presenti vita per aduersa non flagellantur. q2 cu deus peccantes p suis excessibus non flagellat. in futuro damnat. Unde beatus bernardus. Crudelior est omni indignatione ista misericordia. qua peccanti parcat deus. nec corripit per flagella. Illi namq3 irascitur deus quem peccantem no flagellat. Nam quem flagellando hic non emendat. in futuro damnat. Hec bernardus. Un diuina pietas electis suis irascit et non parcat in hoc seculo vt postmodum parcat et non irascatur in futuro. teste beato augustino qui dr. Diuina bonitas ideo maxime irascit in hoc seculo ne in futuro irascat et misericorditer adhibet temporalem seueritatem. ne inferat iuste eternam ultionem. Et beatus ambrosius. Quas mirum alijs deus misericorditer parcat. cum aduersa hic tribuit et q3 seuerere irascit cum prospera elargit. Nam dr Fulgentius Qui p solatorem nunc in pnti

recipit consolationis sine eternali ex-
erit tribulatus aut in hoc seculo. solus
consolationem recipit in futuro. hoc fulgē-
tius. Necessesse igitur est omnibus fidelibus ad
vitam eternam volentibus pervenire ac desi-
derantibus ut flagella dei ac tribulatio-
nes patienter sustineant et sint grati deo
patri consolanti et flagellanti. cum enim adesse
presentis seculi felicitas trans illa in do-
mino et gratias agant deo. cum vero deesse
viderint iusticie dei iter gratias agant.
et deum semper diligant siue blandiam siue
minem. De hoc beatus augustinus supra psal-
mistam sic dicit. Multa mala sunt in isto se-
culo intus foris proorsus non cessant.
habundant scandala. nemo illa sentit
nisi qui graditur viam dei. et talibus de-
in omnibus divinis paginis ut toleret
presentia sperent futura. amant que non vi-
dent. ut amplectentur cum viderint. Et
si amamus nunc quem non videmus
quo amaturi sumus cum viderimus desi-
derium nostrum crescat christiani non sumus
nisi propter futurum seculum. nemo presentia spe-
ret bona nemo sibi permittat felicitatem
mundi qui christianus est. sed vram felici-
tatem presentem in domino cum adesse et consolationem
dei gratias agat cum deesse iusticie dei gra-
tias agat ubique sit gratus nunquam sit in-
gratus et patri consolanti et blandienti
gratus sit. et patri emendanti flagellanti
et disciplinam danti gratus sit. amet
eum ille semper siue blandientem siue mi-
nantem. unde in doloribus exigit a nobis
patientiam sed post dolores permittit
salutem siue etiam tribulamur et angu-
stemur siue letemur et exultemus. ille
blandus est. qui et in tribulationibus
erudit et in leticia consolatur. Laus enim dei
a corde et ore christiani recedere non debet
non ut laudet in prosperis et maledicat
in adversis. sed quemadmodum psalmi-
sta ait. Benedicam domino in omni tempore
semper laus eius in ore meo. Gaudes

agnosce. patrem blandientem tribula-
ris agnosce patrem emendantem siue
blandiam siue emendet. cum erudit cum
parat hereditatem. hoc augustinus. Esi-
endum etiam quod omnipotens deus electis
suis in hac vita iter asperum facit
et eos per diversa flagella et tribulatio-
nes durius affligit ne delectari tempo-
ralibus oblectamentis obliviscantur
eorum que sunt in celis. Unde beatus
gregorius. Electis suis deus iter aspe-
rum facit. ne dum delectentur in via ob-
liviscantur eorum que sunt in patria. ut
de tribulationes. que nos hic premunt
ad deum ire compellunt. Dicit etiam de
hoc ysidorus. Durius circa suos electos
deus in hac vita agit. ut dum for-
tioribus flagellis stimulisque feriuntur.
nulla oblectamenta presentis vite de-
lectent. sed celestem patriam ubi certis
requies est. indefinenter desiderent
Beatus etiam augustinus de eodem sic
ait. Cum molestie in huius vite fragi-
litate crebrescunt. eternam requiem non
desiderare compellunt. mundus periculoso-
rum est blandus. quam molestus et magis
cauendus est. cum se allicitur diligit quam
ammonet cogitque stemni. hoc augustinus.
Si igitur homo semper esset in prosperis
et nunquam tribulationes et adversita-
tes pateretur. posset oblivisci sui crea-
toris et transitorias delectationes pre-
ferre summis bonis et eternis. et ideo
deus immittit servis suis amaritudi-
nes tribulationum in ista vita. ut ea que
salubriter bona et dulcia sunt. studiose
requirant. Unde beatus augustinus.
Ipe mundus dum tot amaritudinibus
cruciat. dum tot calamitatibus ingemi-
nat. quid aliud nisi ut non amet clamat
nisi tribulationes essent deum homines
obliviscerentur bonis temporalibus presentibus.
Si enim deus semper in istis prosperi-
tibus fauere nobis. ut omnia non

Liber .ii. Dist. .ii. Ca. .vi.

bis habundarent. nullamque in tempo-
re isto mortalitatis nostre pressuram an-
gustiasque pateremur. non dicemus mi-
hi ista esse summa bona que prestat deus
seruis suis. et maiora non desiderare-
mus. Ideo autem huic vite male dulci
miscet amaritudines tribulationum. ut
alia que salubriter dulcis est requiratur.
hec aug. **U**n sancti viri plus
aduersis gaudent quam prosperis. quod illos
alienos reputant a deo quibus ipse mun-
dus ad omne modum repale prosperatur.
Testatur hoc ysidorus dicens. Ea que se-
culi amatoribus cara sunt. sancti velut
aduersa fugiunt. plusque aduersitatibus
mundi gaudent. quam prosperitatibus de-
lectantur. alienos reputant esse a deo quibus
hoc seculum ad omne modum prosperatur.
Seruis autem dei huius praria con-
tingunt. ut dum ista aduersa sentiunt
ad celeste desiderium ardentius excitentur.
Magna apud deum refulget gratia.
qui huic mundo preceptibilis fuerit.
nam reuera necesse est ut quem mundus odit
diligat a deo. Tunc etiam iustis gau-
dia eterna disponunt cum patitur tribu-
latio. pbantur. hec ysidorus. Debet eti-
am quilibet qui se conspiciat in diuersis
tribulationibus constitutum. siue sit tribu-
latio corporis siue anime ad deum profu-
gere. nec debet christiano aliud refugium
esse quam saluator eius et deus eius. **I**
nter omnes tamen tribulationes ani-
me nulla maior est quam vulneratam con-
sciam per peccatum habere. nam talis anima
nisi requiem inuenit. Unde in ista tri-
bulatioe et in alijs quibuscunque aduersi-
tatis ad deum est per solationem profugien-
dum. Unde beatus aug. super psalmum. Nul-
te enim sunt tribulationes et in omni tri-
bulatioe ad deum profugiendum est siue sit
tribulatio in familiari re. siue sit in sa-
lute corporis. siue sit in periculo carissimorum.
siue in aliqua re tamen ad huius vi-

te sustentaculum necessaria. omnino ali-
ud refugium non debet esse christiano quam sal-
uator eius quam deus eius. Verum tamen inter
omnes tribulationes anime humane nulla est
maior quam conscientia delictorum. nam si ibi vult
non sit. sanumque sit intus hominis quod
conscientia vocat. si autem alibi ubicunque
passus fuerit tribulationes. illuc fugiet.
et inueniet deum. si autem ibi requies non est
propter abundantiam iniquitatis. quomodo
am et deus ibi non est. quid faciet homo.
quo fugiet cum ceperit pati tribulationes
nam quocunque fugerit sequitur tribula-
tio. hec aug. **H**abenda est etiam
patientia in tribulatione. quod cum tribu-
latis et patientibus frequenter est deus. Te-
ste psalmi. qui ait. Iuxta est dominus his qui tri-
bulato sunt corde. et humiles spiritu sal-
uabit. Et beatus bernardus. Quantumcunque
seuiat tribulatio non putes te derelictum.
sed memineris scriptum. Cum ipse
sum in tribulatione. Unde idem beatus
bernardus. ut semper posset dominum secum
habere frequenter desiderabat tribulari. ita
dicens. Da mihi tribulationes domine
ut semper possis esse mecum. Domine si
mecum eris in tribulatione semper volo tri-
bulari ut te semper mecum habeam. hec
bernardus. Quante etiam virtutis sit
tribulatio cum patienter sufferit et quam
necessaria est. videlicet incipientibus. profi-
cientibus et perfectis. de hoc per quendam
dicit sic. Tribulatio est nutrix humilitatis.
doctrina pacis. custos dignitatis. pre-
paratrix eterne felicitatis. Tribula-
tio hec ita est a deo salutifera. ut vix sit
qui ab eius se abscondat bonitatis as-
pergimine. siue sit de incipientium nume-
ro vel proficientium vel perfectorum. Ru-
biginem etiam aufert peccatorum. incre-
menta prestat virtutum. et libertatem
profert gratiarum. Quid hoc thesauro pre-
ciosissimo utilius. ipsa namque peccata
tollit. purgatorium minuit. repellit
x. iij.

temptationes. eringuit carnalitates
spiritum renocat. spem roborat. vultu
exultat p̄scie. Fert et interiorum gau-
diorum primum p̄stat vberitatem. ipsa est por-
tio sanitatis. herba salutaris super omnes
paradisum terrestrem. corpus corruptibile
castigat quidem sed animam vegetat immor-
talem. anima deuota saginat tribulatio-
ne sicut rose ac lilia secundant celesti-
tate. ipsa tribuit sapientiam. adducit cir-
cumspectionem et hominem in expertum exer-
citacionem facit. Qui non aduersa passus
est quid scit. Qui non est temptatus
qualia scit. ipsa est donum dei electum vira-
ga amorosa plaga paterna. ipsa voluntarios
inuitat vel imutat et rebelles ad
se trahere p̄suevit voluntates hominum pa-
tienter eque subseruunt tamen aduersa que
p̄spira. amici et inimici equaliter famu-
lantur. hec ille. **N**otandum etiam
quod qui patientiam in aduersis habere de-
siderat. necesse est ut laudes hominum p̄re-
nat. quia quanto quis in presentis vite glo-
ria seu vanitate delectatur. tanto magis
propter eius iniurias perturbatur et impatiens
efficitur. Unde crisostomus. quanto aliquis
letatur de laude hominum et de viruparatione
tristatur. Qui vero gloriam concupiscit in
celo. obprobria non timet in terris. ut
etiam de eodem ysaac. Pro certo nisi ho-
mo odio habuerit vitam suam in hoc mun-
do. propter affectum future vite tribulatio-
nes sustinere non potest. Et beatus gregori-
us. moral. sic dicit. Quisquis presentem glo-
riam querit. profecto despondenter metuit quia
qui semper ad lucra inhaerens. semper damna
formidat et quo magis periculis inhaeret
eo longe in inferis ab arte securitatis
iacet. Contra quisquis in solo eternita-
tis desiderio inhaeret. nec periculis ar-
tollet nec aduersitate quassatur. quia nihil
habet quod in mundo appetat. nihil est quod
de mundo perimescat. Hinc salomon
ait. Non tristabit iustum quicquid acci-

derit ei. nam quanto quisque a se ple-
nius pauore qui ex mundo est abiicit.
tanto in seuerius mundi concupiscentiam
vincit. hec gregori. **U**n sancti viri ut
sunt exultare in aduersis et in obpro-
briis patientiam habere studuerunt gloria
et vanitatem mundi preternere. De hoc p̄-
rabanus sic dicit. Nescio quis nostrum pos-
sit implere ut lacere obprobria fama
nostra et nos exultemus in domino. qui se-
cra vanam gloriam implere non potest
hec rabanus. Perfecti tamen viri qui su-
am contumeliam gloriam reputantes. et dis-
positionem exaltationem in tribulationibus
gloriantur sed paucorum est ista virtus. Te-
ste beato bernardo. qui ait. In tribulationibus
gloriantur qui contumeliam gloriam repu-
tant obprobrium despectionum exal-
tationem pauci sunt qui hoc spiritu re-
plentur. hec bernardus. Necesse est etiam
quod illata iniuria a proximis patimur
mala perpetrata ad memoriam reuocemus.
ut eo facilius iniurias sustinere
possimus. quanto conspicimus peius
esse hoc quod meruimus. Unde beatus
gregorius. Tunc enim illata conu-
tia bene toleramus cum in secreto me-
tis ad mala perpetrata recurrimus. le-
ue quippe videbitur quod iniuria percutimur
dum in actione nostra aspiciamus. quia
peius est quod meremur. hec gregori-
us. **S**ed et hoc considerandum
quod magna est consolatio in tribulatio-
ne constitutis si dona sui conditoris
ad memoriam reuocentur cum turbantur
ex flagello. ex donis a deo preceptis
psolentur. De hoc dicit beatus gregori. iii.
moral. exponens illud. Si bona suscepimus
de manu domini. Magna con-
solatio tribulationis est. si cum aduer-
sa patimur auctoris nostri ad memo-
riam dona reuocemus. nec frangit quod
ex dolore obuiat. si meriti citius hoc quod
ex munere subleuat occurrat. Hinc

Liber .II. **Dist.** .II. **Ca.** .VI.

namque scriptum est. In die bonorum
ne immemor sis malorum. et in die malorum
ne immemor sis bonorum. Quisquis enim
tona precipit. sed bonorum tempe nequa
quod etiam flagella pertimescit in elatio
nem per leticia corruit. Quisquis autem
flagellis atterit sed flagellorum tempore nequaquam
se ex bonis que enim contingit accepisse con
solari a statu mentis omnimoda despa
ratione destruit. Sic enim utraque iungenda
sunt ut unum spiritus fulcia ex altero.
quatenus et flagelli pena memoria te
peret boni. et boni leticiam mordeat su
spicio ac formido flagelli. hinc grego.

Rotandum etiam quod virtuti pari
entia iungenda est caritas. ut videlicet
malos quos quisque tolerat ac etiam su
stinendo amet. Quod tangit beatus gre.
viii. morali. sic dicens. Mens quippe
sanctorum in hoc temptationum prelio et
munita parte clipeo. et gladio amoris
accincta ad perferenda mala sumit for
titudinem. ad prebenda bona exercit bo
nitate. quatenus et odiorum tela poten
ter excutiat. et amoris iacula valenter
reddat. nequaquam quippe ad bella arma
tus pergit qui aut clipeum sumens gla
dio virtutis non murato clipeo. Unde et mi
les dei aduersitatis gladio deprehensus
et securum parte dextera anteferre ne pereat
et amoris iacula inferre ut vincat. Cu
ius armaturam summam breuiter insinu
at paulus dicens. Caritas patiens est
benigna est et cum vero unum ex utroque
defuerit caritas non est. si videlicet ma
los absque benignitate toleras non amat
aut rursum si se sine parte exhibens ne
gligit tolerare quos amat. Ut ergo a
nobis caritas teneatur necesse est quare
mus et benignitati parte. et rursum beni
gnitas parte suffragetur ut magnum quod
dam in corde nostro edificium construens
et benignitatis arcem parte solidet. et
patientie fundamenta edificata benigni

tas exornet. hinc gregorius. **S**
Et sciendum quod valde stultum est illis
placere qui deo non placent. quod dei am
icum se esse denegat qui eius placet ini
mico. Unde sancti viri eos ad sua odia
excitare non metuunt quos deum non di
ligere cognoscunt. De hoc beatus gre.
sup ezech. sic ait. Stultum valde est si il
lis placere querimus quos non place
re domino scimus. nam peruersorum teroga
tio vite nostre est approbatio. quod iam om
dimur aliquid iusticie habere. si illis
displicere incipimus qui non placent
deum. Nemo enim potest in vna eademque re
omnipotenti domino atque eius hosti bono gra
tus existere. nam se deo amicum denegat
qui eius placet inimico. Unde sancti
viri in voce libere increpationis accen
si eos ad sua odia excitare non metuunt.
quos deum diligere non agnoscunt. Et
secundum dictum beati bernardi. Melius est odium
propter deum quam amicitia que est propter pri
mum. cum amamur propter deum de bitores
eius sumus. cum odio habemur propter ip
sum cum nobis reddimus debito rem. hinc
bernardi. **S**ciendum etiam quod secundum be
atum greg. tribus modis virtus patien
tie exerceri solet. Alia namque sunt que
a domino. alia que ab antiquo aduer
sario. alia que a primo sustinemus. A
primo namque persecutiones. damna
et contumelias. ab antiquo autem aduer
sario temperamenta. a deo autem flagella
toleramus. Sed in omnibus his
tribus vigilantem oculo semetipsum mens
debet conspiciere. ne contra mala pro
ximi pertrahatur ad terribitorem mali
ne per temperamenta aduersarii seduca
tur ad delectationem vel consensum pec
cati ne contra flagella opificis ad ex
cessum prouat murmuracionis. perfe
cte enim aduersarius vincitur. quando
mens nostra et inter temperamenta eius
delectatione atque consensu et inter con

tumelias primi custodiat ab odio et inter flagella dei percipi a murmuratione. nec agentes hoc terribi nobis presentia bona requiramus. pro labore patientie bona speranda sunt presentis vite. ut tunc premium nostri laboris incipiat. at quando labor omnis iam funditus cessat. hoc grego. **S**unt etiam tres gradus siue perfectus patientie. Primus est ut discat homo motus ire et patientie cohibere et reprimere ne erumpant foras in verba et facta illicita sicut ignis suffocatus sub fumo extinguitur si non cohibetur crescit et omnia attingere potest et mabilia incendit. Secundus gradus patientie est cum ex longo usu peccandi impatientiam refrenandi homo didicerit iam non terri vel perturbari in aduersis sed in loco munito inconcussus circumcursantes aduersarios intuetur. quos nihil sibi nocere possidit. tam diu autem homo aduersis terretur. quam diu diligit aliquid terrene in se vel iuxta seipsum quod timet perdere vel tolerat corpus res honores amicos vel propriam voluntatem. Qui autem ista inordinate non diligit non valde delectatur in eis non ita graviter peristat pro eis unde corporis lesiones res et amicorum amissiones offensas et confusiones patienter sunt tolerande. quod maxime dicitur usu. sepe talia sustinendo. vix enim in hac vita tam asperum est quod usu et studio patientie non fiat animo leuius ad portandum. iuxta illud. Quod male feris assuesce et feris. in isto gradu nec perturbatur homo in aduersis nec gaudet prosperis sed sustinet et tacet. Tercius gradus patientie est gaudere in tribulationibus et gloriari cum assunt. et desiderare cum desunt. quod est perfectorum. sicut facit nobilis tiro. gloriatur cum debet tirocinium contra alium nobilem exercere talis erat paulus cum ait. Complacem mihi in infirmitatibus. in promelijs. in

necessitatibus. in angustijs. in persecutionibus pro christo. Nam secundum beatum gregorem. Maior est meriti aduersa patienter tolerare. quam bonis operibus insudare. Qui igitur ex desiderio patiendi sibi aliqua infert aduersa castigando corpus et mentem merore et tristitione afficiendo cur etiam non suffert cum ab alio infert ei occasio patiendi unde vel corpus affligitur vel animus humiliatur. cum maioris sit meriti hoc pati equanimiter ab alio. quam a seipso unde qui seipsum vilem et reprehensibilem indicat patienter debet accipere. quoniam alius idem de ipso sentit. Vera enim humilitas sic gaudet ab alio humiliari quomodo a se. et vera patientia ita sustinendo libenter aduersa ab alijs illata sicut a se procurata. **E**t norandum quod quis aliqua differentia videatur esse inter fortitudinem et patientiam et constantiam et magnanimitatem. mititatem et mansuetudinem sicut ex eorum definitionibus colligitur tamen sepe vnum pro alio positum inuenitur. Patientia enim est honestatis causa et difficultium voluntaria permissio. Fortitudo est immobilis inter aduersa animi laborum et periculorum equa susceptio. Constantia est inter fluctuantes causas nulla mentis trepidatione concuti. Magnanimitas est difficultium spontanea et rationabilis aggressio. Longanimitas est spes cum longa expectatione bonorum. Viritas est quem asperitas et amaritudo non afficit. Mansuetudo est animi tranquillitas alterius non cedens improbitati. Possunt etiam singula istorum singulis sanctis adequari. Patienter enim est qui dolores conuincimur tolerat. ut iob et tobias Fortis est quem temptationum certamina non enervant ut ioseph. Constans est quem labores et terrores non pusillanimum faciunt ut machabei. Magnanimus est qui

ardua et difficilia aggredi non expauescit. ut iohannes bapti. et david. Longanimis est que longa expectatio a spei desiderio non frangit. ut abraham. **U**is est qui odientium iaculis non irritatur. ut pro malo malo reddat. ut Moyses et paulus. Mansuetus est qui corde tranquillus et moribus foris tractabilis est ut iohannes euangelista. **I**storum et aliorum sanctorum exempla debemus respicere et tribulationes nobis aduenientes patienter tolerare. quia quanto plura propter amorem nostri pro ditoris passi fuerimus. tanto maior merces nobis a domino recompensabitur. **U**nde beatus augustinus. **U**ltra sustinentibus in terris. multa merces seruatur in celo. **E**t patet beatus gregorius dicit. **S**i illic dulcia appetimus. necesse est ut hic amara toleremus. **U**nde per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. sed tamen passiones et tribulationes que parantur in presentis uita non sunt indignae non solum propter peccata preterita que remittuntur nobis. sed etiam propter futuram gloriam que promittitur et donabitur nobis. **U**nde beatus bernardus. **N**on sunt condigne passiones huius temporis ad preteritam culpam que remittitur nobis non ad presentis solationis gratiam que infunditur nobis non ad futuram gloriam que promittitur nobis. **H**ec beatus bernardus. **P**atientiam ergo in aduersis et tribulationibus habeamus. ut eterna gaudia post hanc uitam percipere mereamur ac valeamus. **S**ic igitur habemus de uirtute patientie.

Filius.

Dostus et doctus sum de uirtute patientie nunc que uirtus eam sequatur de hoc cupio a te informari.

Capitulum VII. Pater.

Silire debes quod uirtutem patientie sequitur filium siue taciturnitas que uirtus patientis

post illatas sibi iniurias silentium tenet. nec per impatientiam malis sibi irrogatis contradicit. sed tacendo patienter tolerat ac sustinet. **E**t notandum quod multum ualeat homini religioso uirtus silentii. quia sicut in multiloquio non deest peccatum. sic breuiter et raro loqui ad hoc ualeat ut homo caueat sibi a peccato. **E**t sicut ex nimia loquela frequenter sequitur inuidia tam dei quam proximi. sic ex silentio nutritur iusticia. ex qua uelut ex quadam arbore colligitur fructus pacis. **U**nde cum claustralibus pax sit summe necessaria. ualde necessarium est eis silentius per quod pax tam cordis quam corporis seruatur. **P**ropterea ysaias uirtutem silentii considerans ait. **E**rit opus iusticie pax et cultus iusticie silentium quasi diceret. **T**antum uirtutis est silentium quod in homine preseruat dei iusticiam et inter proximos pacem nutrit et custodit. **N**isi enim homo ualde diligenter oratione suo adhibeat custodiam bona gratuita cito dissipabit. et in multa mala corruet. nam ex lingua si negligenter custodiantur predeunt blasphemia. murmuratio. defensio peccati. periurium. mendacium. detractio. adulationem. maledictio contumelium. contentio. prauum consilium. rumor. iactantia. multiloquium. scurrilitas. **D**e hoc per iohannem abbatem montis sinay sic dicitur. **M**ultiloquium est uane glorie cathedra per quam seipsam manifestare. ac pompatice palare naturam habet. **M**ultiloquium est insipientie argumentum detractio nis porta. manu ductio scurrilitatis. mendacii minister. compunctionis resolutio. acuitatis intelligentie dispersio. accidie conditor. dissipatio memoris. caloris et feruoris frige factio. orationis obscuratio. **D**ec iohannes abbas. **U**nde religiosus ille frustra gloriatur de possessione uirtutis in corde